

Lanckowiski
Opuscula
felicitationis
Michaeli Regi
Cracoviae
1669.

E
I
M
S
F
E
A
S
T

OMINA
FELICITATIS,
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
D. MICHAELI

DEI GRATIA
POLONIÆ REGI
Magno Duci Lithuaniae, Ruffiæ, Pruffiæ, Masouiae,
Samogitiæ, Volhyniæ, Podoliæ, Smolensciæ, Li-
uoniæ, Seueriæ, Czerniechouiæ, &c. &c. &c.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.
FELICITER REGNANTI,
PRÆSAGIO;
CIVIBVS, SOLATIO;
EXTERNIS, PRODIGIO,
EX
ARCANIS FATORVM, EVENTVVMQ;

Authenticis,
Eruta Collectaque.

& Per
SAMVELEM à Brzezic LANCKORONSKŁ
Artium Studiosum

DEDICATA.

CRACOVIAE,
Typis NOVODVORSCIANIS. A. D. 1669.

SERENISSIME POTENTISSIME R E X.

SAcrae Maieſtati Veſtræ paruus,
paruum adfero opus. Impar non
tantum Magnitudini Nominis Tui,
ſed & capacitati affectus mei. Non
me tamen pudet, non præſtitiffe di-
gnè, quod nemo præſtare poteſt. So-
lum Numen omnia Regum, cum
fecerit, comprehendit: cæteri cæcuti-
mus ad hos Soles, balbutimus ad tâta
Nomina, Virtutesq;. Aduoluor igi-
tur pedibus tuis REX Magne. Vnâq;
veniam auſûs mei & Gratiam qualis
qualis conatûs ſupplex precor. Sa-
crisq; verbis apprecor.

R E X in æternum Viue.





Effœta tot annis Regum POLONIA,
Post editos PRÆMISLAOS PIASTOSQ;
Alibi coacta REGES quærere.

Et IAGELLONEM ex hoste,
Et Carpatho seclusum Hungarum,
Et Cælo, solo, habitu, linguâ diffitum Gallum,
Et Oceano auulsum Suecum,

REGES habuit.

Nuper verò

O quàm Europâ totâ, Latonâ magis parturiebat
Externum!

Verè dolores experta parturientis!

Nolo memoriâ tristium, tam lætam diem contaminare.

Ocyus ad gaudij metam aduolo.

Tot concussa motibus,
Suis tandem è visceribus, REGEM sustulit
P O L O N I A.

Nec poterat tam Magnus Partus leuiter edi;
Nec placiturus erat, fastiditus tam diu Indigena;
Nisi tot molestijs nauseam sui mouissent Exteri.

Vnus igitur Omnibus placuit Indigena

Cum Omnia REGIA haberet.

GENVS agnatum **REGIBVS** IA-
GELLONIBVS.

Per Matrem descendente è Palæologis IMPERA-
TORIBVS Sanguinem

MAIORES iam olim REGNIS optatos
P A T R E M.

Ingentis Terrarum tractûs, cis & trans Borysthenem
ab Atauis DVCEM

Præclarissimum belli Imperatorem,

Vnicum Patriæ Seruatorem,
Omnium, calamitosi temporibus, Spem, Solati-
um, Delicium.

Nec dispar à MATRE Nobilitas.

Quantum est! MAGNI illius ZAMOSCI
Neptem esse?

Qui REGES fecit regnare,

Qui Regum fuit ultor terrorq;

Illius Liunionæ, Polociæq; Reciperatoris,

Illius Moscorum, Germanorum, Suecorum, Tar-
tarorum, Domitoris?

Illius Urbis Academiaeq; ZAMOSCIANÆ
Conditoris.

Nec meritis tantum Regibus iunctum,

Sed Thoro etiam Neptis Regiæ Parem.

Talibus è Parentibus quid nisi REGIA IN-
DOLES deriuata est?

Accessit EDVCATIO, non ab his tantum

R E G I A,

Sed &

Ab illo REGIO PONTIFICE CARO-
LO velut Patre Adoptiuo.

Postea

Postea à Prudentissimâ Reginarum

LVDOVICA MARIA,

ceu Matre alterâ.

À Quibus

Et Sanctitatis & Regiminis rudimenta accepit,
Non rudis ipse Regnandi; sed rude donandus.

Vltimam manum

FERDINANDVS III. CÆSAR.

&

JOANNES CASIMIRVS

R E X

addidêre.

Quorum Aulas aliquamdiu ornauit;

Tantâ Morum GRAVITATE,

Vt agnosceretur Natus in Spem Sceptri.

Tantâ Comitatus,

Vt Beneuolentiam Omnium gra-
tis habuerit, quæ carò etiam non omnibus

euenit.

PIETAS illi ubiq; anteambula fuit,

PRVDENTIA COMES,

GRATIA & GLORIA pedissequæ.

Hæ illi fuêre Aulicæ Artes, Hic vitæ tenor.

Et miraris,

B

FER-

FERDINANDVM III. CÆSAREM,
dum eum aurēā clauē donaret dixisse, &
prædixisse.

Accipe nunc Clauem Sceptrum olim gesturus!

REGINAM LVDOVICAM,
eum Regno parem toties testatam
fuisse?

IOANNEM CASIMIRVM
REGEM,

Post ipsum Abdicationis Actum,
PRINCIPEM hunc inter PIASTOS, voce
digitoque indicasse?

Tot Maturos, Clarosq; Viros, locis, vitæ in-
stituto, Studiis dissitos, in eundem consen-
sisse votis, prænuntiisq; Vocibus?

Istud omnino Stupendum,
Tot Electorum Myriades, Precio, Factioni-
busq; corruptas, dilcerptasq;, iam arma;
cædes mutuas, Patriæ ruinam minitantes,

Ad vnus

PRINCIPEM
MICHAELEM

Nominantis vocem,

Momento sanæ menti redditas;

Horâq; vnicâ Electionem stetisse.

Ipsē

Ipse POLONVS Aer.
Incolarum Furijs infectus, tot pri-
die Fragoribus, Procellis, Imbri-
bus asper.

Postridie factus Concordiæ Fanum,
Composuit ventos, dispulit nubes, eduxit Solem.
Optatam reduxit animis Ciuium,
Vtinam duraturam tranquillitatem.

Nec sine bono Omine est,
Quod Mercurius tibi Magne diem Rex præbuit horam.

Jupiter. O Felix Consilio Regimen!
Illâ Mercurii die, illo Festo Corporis Christi
peruigilio, in R E G E M euectus es,
Quo ante annos aliquot,
Raro exemplo,
Insigni Pietate; D E I gerulo Sacerdoti gesto-
rem tuum equum præbuiſti,
Ipse pedissequus eius.

Sub cuius pedibus Reges, Regnaq;
Eâdem die tanto virtutum illicio attractæ A-
piculæ, futurorum Præſagæ, armorum de-
posito motu, metuq; illatæ Armatorum
(Procerum Coronæ, toto examine,

Felici iam, R E G E tam Pio,
Confedère tellure;
Non aculeis feroces, sed circum R E G E M
suum sedulae Pacataeq; documentum de-
dère Ciuibus obsequii, Concordiaeq;
Felicitis.

Faciles imponi Pileo Pacis tegmini,
Deferri framea, Domestico telo,
Inferri Deponiq; Sacro Ecclesiae
fundo;

Ceram Aris, mella Ciuibus laturæ.
Non aliter ô Ciues, non aliter dulcis Regno-
rum P A X constat, nisi debito cultu, fructuq;
gaudeant Arae.

Non aliter procliuius pereunt Regna, nisi dum
honore fraudatum Numen, prouidum a-
uertit Oculum, Sacrilegum auersatur
Populum.

Sub Pijssimo itaq; R E G E velut
Apum Matre,
Pius vnanimisq; Populus, velut Apes,
Templa Ornabunt, Ditabunt, Defendent.
Harpyias omnes ab Ecclesiae mundo doteq;
(*Hostes Patriæ, Pauperumq; Sanguisugas intelligo*)
auertent.

Auertent autem.

Nam vidimus rapacem illum Milvium, Pro-
cerum confessum præteruolasse, fugâq; ri-
gidam petisse Arcton,

Statim atq; genuinam Lechicam præsensit

A Q V I L A M,

In Sellâ quidem adhuc populo immixtam me-
diamq;, Mox verò in Throno pro Patriâ,

Ecclesiaq; fulmina laturam;

Et proteruis illaturam.

Ipsa Interregni Tranquillitas,

Præteritis temporibus insolens,

Et à Ciuium commendata Modestiâ,

Et Hostium Audaciæ immunis.

Documento est, quantum se Bello-
na, summissura est Regnanti,
Quæ Regnaturum ita reuerita est.

Iam verò,

Candida illa Electorum insidens Ædi

C O L V M B A,

Nullo Fabricantium strepitu, nullo ferri fragore
conterrita, abscedentis Bellorum, (vt Noëmica
illa aquarum) Diluuij conscia, nonnè proxi-
mè instantis P A C I S Omen est certissimum?

Luculentumq; Candidi Regiminis Signum?

C

Sacrum

Sacrum autem illud MICHAELIS Nomen;
Regibus apud nos Primum,
Quàm felices ominatur Euentus Belli,
Progressus Pacis!

Draconi se Diuus Ensiser pedibus infert,
DEVM nomine præfert.
Spondet Libertatem Licentiæ immunem,
Maiestatem DEO Ecclesiæq; subiectam,
Gladium iniuriæ DEI non Ministrum, sed vindi-
cem fore.

Tot Europæis Regibus nunquam id
nomen euenit.

Soli Orientis Imperatores Octo id nominis fuère.

Si non vanus Turcis à Polonis metus est,
Quis scit an non MICHAELI NONO,
Nam numerus hic Angelicus est,
Reseruent Fata, à Turcis vindicare Regnum,
simul & Imperium?

Proindè,
Bella Polone time nequaquam Othomanica, cernis
Vt CRVX attollat cornua LVNA premat?

CRVX illa Orientalis Coronæ Apex,
Orientis Sol.
LVNA illa perenni nocte Orientem inuoluens,
Fatorum vi viceq; Soli tandem CRVCIQ; cessura,
Aut potius amplexura STELLAM, geminam
CRVCEM;
Fideiq; ab eâ lumen (vt Primitijs Gentium con-
tingit) mutuatura.


Plaude

Plaude igitur,
Tot faustis Ominibus Lætissima Polonia.
Etsi,
Bellorum impensis, Hostium prædis, Tuorum
rapinis,
Exsanguis.
Si Concors es, Felix eris; Diuesq̃:
Nam Te DEVS Beabit,
Et
MICHAEL KORIBVT REX DITABIT.



Plaudite igitur,
Fidelissimis omnibus I. Augustinus Polonus.
Bellorum impendens, Hostium praedictis Turorum.
rapinis
Extorcionis.
Si Concordis es, Felix eris; Divitibus
Nam Deo DEVS Beabit,
Et
MICHAEL KORIBV T. REX DITABIT.





BIBLIOTEKA KÓRNICKA

3131

KA

Larve
rorio
Orni
felice
Michael
Orac
166